

Anglorum Rege, communi Anglorum consilio vocatus est in Regnum Canutus Danorum Rex, qui post patrem Suenonem insulam illam armis occupatam possedit. Magna inter hos Reges contigit fortuna vicissitudo. Sueno enim Rex Danorum Ethelredum Anglia Regem compulit insula excedere circa annum 1013. Ethelredus ergo vicit ad uxoris sue Emmae fratrem Richardum secundum Normannia Ducem, cum duobus filiis, ex ea suscepit, Alfredo & Eduardo, confugit. Hujus auxilio post Suenonem mortem, ejus filio Canuto in Anglia regnante, regnum recuperat Ethelredus, sed ab Canuto postea superatus, moritur anno 1016, & Canutus demum sublati annulis solidi Regno fruatur. Cum vero Canutus fatis concessisset, regnum Alfredo Ethelredi filio defertur, & post hujus obitum ejusdem fratri Eduardo: qui paternum Regnum recepit, fructus Godini Angli potestate, cuius Editham siliam conjugem accepit, cum qua tamen de mutuo confusa virginitatem in matrimonio servayit illibata, Vivens Eduardus beneficiorium a Ricardo Normanni Duce acceptorum memor, filium ejus Guilielmum notum Normannia successorem heredarium, sui quoque regni successorem elegit. Sed statim atque in celum morte commigravit Eduardus, anno 1066. Haroldus, Godini filius, fraterque Edithae, Regnum ex improviso occupat. Sed Guilielmus notus traditus ex Normannia validissimi copiis cum Haroldo confixit, ejusque exercitum profigavit, in quo Haroldus ipse fortiter pugnans occubuit. Quo ex tempore Normanni in Britannia longa heredum successione regnarentur.

17. Turcae, gen Schytica, montis Caucaei accolae, quos referunt Nicophorus in Breviario, Theophantes & Cedrenus, ab Heraclio Imperatore olim conductos victoriam illi de Persis peperisse, magna hoc undecimo saeculo incrementa rebus suis addiderunt. Caspii quippe iterum egressi portis sub Persis stipendia meruerunt, a quibus Mahometanam haustere superstitionem, sub anno 1042, sed mox conversi adversus ipsos Persas armis, eorumdem amplissimas regiones subegerunt, indeque torrentis instar se in Bithyniam, Cappadociam, ceteraque minoris Asiae provincias infuderunt. Primus eorum Sultanus, cuius ductu Persidem occuparunt, a Gracis quibusdam Tragolipix, ab aliis Tragolipax dicitur, quando Constantinus Monomachus Gracorum regebat Imperium.

18. Anno 1046. Henricus salutatus est Roma hujus nominis secundus Imperator a Gregorio Papa VI. cui tamē negotium facere non est veritus, hoc solo nomine, quia suus consensus in illius Pontificis creatione non fuerat expetitus. Ipse Gregorius pravidiis hac de causa oritur schisma, sponte se Pontificio abdicavit, antiquam illam Gregorii Nazianzeni, se Constantino-politanu[m] throno demittit, moderationem imitatus. Tunc vero ab Henrico expetitus electus est Suiderus, natione Germanus, Bambergensis Episcopus, cui Clementis II. inditum nomen. Ea res determinum suppeditavit exemplum Henrici successoribus, h[ab]esimque dictam Henricianam constabilitatem, sacram & Ecclesiasticam potestatem Principibus & Magistris laicis indigne subiectum.

19. Michael Cærularius, Patriarcha Constantinopolitanus, improbi vir ingenii Romanam Ecclesiam scriptis oppugnavit anno 1053. quem Leo non eruditus confutavit. Sequenti anno Legatos Constantinopolitani misit Humbertum, Sylvæ Candidate Episcopum, & Fridericum, ambos Cardinales, cum Petro Amalphitano Episcopo, qui perbenige excepti fuere a Constantino Monomacho Imperatore. Humbertus opositum sibi Nicetam cœnobii Studitarum monachum, cognomento Pectoratum, qui aduersus Apostolicam Sedium scripta ediderat, tanta vi disputando refellit, ut ad publicam palinodiam adegerit. Cærularium vero in errore pertinacem Legati publice damnarunt.

20. Normannus eques Tancredus Altavillanus ex duabus matrimoniorum duodecim suscepit liberos mares, multasque filias, cumque illius opes tam numeroꝝ atque nobili proli non sufficerent, solo retento domi primogenito, reliquis undecim suscit, ut fortunam armis in Apulia quadrerent, in qua Normanni dudum gloriam insignem adepti erant. Illi, assumptis secum multis amicis, eo perrexerunt. Is temporibus contigit magna pro Normannis occasio & seges gloria: cum Gracis enim tribus subiude generalibus præliis in Apulia & Calabria congreſum est. Gracique Normannorum virtute ter profigati; victores Normanni creati sibi Duce Guilielmo stirpis Altaville, utriusque provincie sibi dominationem afferuerunt. Illi successit Drogo frater, Dragoni Humfredus, pariter frater. Sub hæc Leo Papa bellum Normannis indixit, hoc jure, quia Provincie, quas occupabant, ad Romane Ecclesie dominium pertinuerant, post Gracorum Icomachorum

apostasiam, ideoque Gracis invasoribus iterum depulsi, debere ad Romanæ ditionem Ecclesie reverti. Normanni ad illam supremi Ecclesie dominii reversi nem consentiebant, hoc unum petentes, ut quoniam sua virtute & periculis Gracos exegerant, liceret sibi eadem terras clientela ac beneficij jure, sub tributi & obsequi præstatione tenere. His rejectis, Leo ingenites Germanorum copias ab Henrico impletat, aliaque ex universa cogit Italia, & in Normannos, a se excommunicatos, dux ipse belli magno apparatu contendit. Acies conseruit, Leonis copia grandi interneccione profigantur. Leo ex acie fugiens in arcem muniam se recipit, ibique a Normanni obfus & in extremitas redactas angustias, de pace agit. At Normanni, a quibus Leo multo graviora formidabat, id unum proponunt, & rogant, ut a Leone solvantur excommunicationes, possintque deinceps beneficiario jure, Romanæ Sedis, quas arms subegerant, terras sub censu & obsequi obligatione possidere. His conventis Humfredus ad Leonis pedes se abicit, eumque honorifice Beneventum usque deduxit. Haecen (inquit Baronius) ignoraverat Leo Pontifex, qui tanto ævo Imperatorem utrumque Gracum & Germanum adversus Normannos concitaverat, Dei consilium esse, ut quos tantopere perpequebatur, haud multo post Catholicam fidem suis armis intra ipsam Schismatice Graciam promoverent, & Imperatores Germanos interneccino bello, & odio Romanum Pontificem perfringentes, in turpem fugam cogerent, atque ab Italæ cervicibus amolirentur. Mortuum Humfredum frater exceptit Robertus Guiscardus stirpis Altavillanae præcipuum decus, anno 1058. Hic in Apulia Trojanum Gracorum, a quibus condita fuerat munitionis propugnaculum, & in Calabria Rheygium, multaque oppida & arcus cepit, Gracosque penitus Italia pepulit. Nicolaus Papa secundus, Robto, quemque ipse fratrefque ipsius bello acquisierant, in dominium tradidit subalternum, sub anno censu Romana Ecclesie pendens, sola sibi reservata omnimoda Beneventi dominatione; investituram eidem patiter induxit Siciliæ Saracenis detenta, ad quam nondum Normanni pertingerant. His in Apulia ultra citroque conventis, Nicolaus inde excedens Robertum cum valido ejus exercitu adduxit, ejusque viribus Romanam Ecclesiam a tyrannis, quibus tori insigne contumelias & vexationes pertulerat, vindicavit, solo æquatis ilorum arcibus & munitionibus Comitum Tufulanorum, Prenestinorum, Nomentanorum, & Galeriz, ann. 1059. Predicta referuntur a contemporaneis Scriptoribus Leone Ostiensi, Hermanno, & Aragone.

21. Robertus Apulia excedens bellum in Siciliam interfecit anno 1060, terminatque anno 1072, quo pulsis omni parte Saracenis universis Insulam subiugavit. Inde in Italiani reveris, Gracos, qui eo in Sicula expeditione occupato, rurus Calabriæ infestabant omniregione, omnibus illorum receptis oppidis fugavit, indeque tantis ferox victoris, quietisque impatiens arma in Campaniam alia loca ad Romanam Ecclesiam pertinet. Qua ex causa Gregorius Papa VII. dictus olim Hildebrandus, anathemate illum perculit. Quibus solis armis invictum alioquin Robertum ad officium & debitum reduxit obsequium.

22. Post hec admiranda facinora nihil ille minus contigit, quam atrocissimum bellum in ipsa Gracorum Imperii viscerâ inferre, & impia genti erexit in se transferre Orientis dominationem: idque procul dubio præstitif, nisi studium defendendi ab altero impio Imperatore summi Pontificis ipsum a felicissimis cooptis & victoriis avocasset, Alexius Comnenus, qui famam bellicę peritiam, rebus sub Nicophoro Botoniæ se duce feliciter gestis, sibi comparaverat, ipso denum Botoniæ pulso, Imperium per vim & fraudem occuparat. Adversus eum Robertus molitus bellum, & classe instruxit, secundum Leonem Ostiensi, quindecim millium hominum, aut secundum Ordericum, decem millium dumtaxat, solvit Hydrunte, atque in Macedoniam datus, Dyrrachium munitissimum urbem obsidet. Alexius in auxilium occurrit cum centum & septuaginta milium exercitu: acie decernitur, cuius victoria penes Robertum stetit. Et Alexius post horrendam suorum stragem Constantinopolis fuga se recepit. Novam ibi parat expeditionem ad solvendam Dyrrachii obsidionem, suas instaurat copias, & a Venetiis Normannorum amullos numerosas copias impetrat: quibus præsunt proprium Principem ac Ducem Sylvium. Robertus, collectis quantas potuerat viribus, acie cum Gracis & Venetis configit, & utrifice suis Dyrrachium occupat, simulque Sarissam, Castorium, aliaque urbes. Jamque muris Constantinopolis imminebat, tum litteris a Gregorio Papa missis Romanum accerit, quam Henricus tertius Imperator occupabat, ipsumque Pontificem arcta obsidione arce Sancti Angeli inclusum premebat. Gravis erat

erat Pontificem inter & Imperatorem Henricum contentio, isto Episcopos & Abbates propria auctoritate, quintiam quam sapientissime pretio constituite, per vulgo dicatam Investituram: illo id fieri per iteratas excommunications prohibente; initium Schismatis ortum est ann. 1076. quo Gregorius Henricum communione fiducium exclusit. Interim Saxones ab Henrico deficiunt, Rodulfum Suevia Ducem, Regem eligunt; qui Henricum fuso ejus exercitu in fugam compulit anno 1080. At secundo conflixi Rodulfus fortiter pugnans occubuit. Eodem successu elatus Henricus, Guibertum Ravennatum Episcopum, a Gregorio ante triennium anathematam damnatum in suorum conciliabulo Papam constituit, a quo, & Rome in arce Sancti Angeli Gregorio intercluso, insignia sumptis Imperii ann. 1084. Alexius Comnenus magna pecunia vi cum Henrico pactus fuerat, ut imminentem Orientis Imperio Robertum bello distinxerit: Sed Henricus contra jurisjurandi fidem ad reconciliandos sibi Romanorum animos largitionibus infuscipit: colloquacumque cum praesidio Guibertum in Lateranensi palatio. Sed Henricum Roberti adventus ita perterruit, ut raptim Roma decedens, Germaniam contento cursu reperierit. Robertus, ut rebelles cives ad trivia in armis stantes & repugnari communis ad extinguendum incendium revocaret, flammis magnam urbis partem incendit; viamque hoc modo aperuit ad arcem, ex qua Gregorium ad extrema redactum eduxit, & Salernum abduxit, ubi mortem appetit; anno secundum Leonem Ostiensem 1084.

23. Pio isto Robertus officio perfunctus in Gracos iterum bellum apparat; cui Graci simul & Veneti copiis ingentibus occurunt: sed iterum virtute Roberti fusi & in fugam versi sunt. Quam ejus postremam victoriæ mors excepti, conditique jacet Venusii Apuliae, in ade S. Trinitati sacra. Hujus excepti seu potius invalida successione Rogerius ejus minor natu filius, prior natu Boemundus aberat, bello distensus contra Gracos. Inde gravia inter fratres orta dissidia; donec hortatus Principis ad facram expeditionem Godefrido Bullionio ductore proficiscentium, se illis adjunxit, suaque virtute meruit omnium contenti Antiochiae principatum.

24. Est vero memorabilis hoc seculo Romani Diogenis Imperatoris Constantinopolitani vita & fortuna. Anno 1068. diem obiit extremum Constantinus Ducas Imperator Gracorum, postquam eidem Eudoxia conjux per syngrapham in manu Patriarche Joannis Xiphilini depositam, interposito jure jurando pollicita est se inviditatem permanoram, & filiis Imperium conservatram: Illa tamen amore Romani Diogenis vita, ejus nuptias appeti, quas ut inret, vtrum quendam Eu-nuchum ad Patriarcham misit, cui mentitus est, Imperatrici cordi esse ipsius Patriarchæ Germanum Bardam in conjugem accipere, nisi syngrapha prohiberetur. Quod ut Patriarcha accepit, summo studio apud Senatores legit de infirmando Eudoxia jureamento, iisdemque in sententiam suam adductis syngrapham Eudoxio remisit, cum dispensatione ad secundas nuptias. Illa vero Patriarcha deluso, filiis ipsis consentientibus, Romanum Diogenem virum accepit, ut referat Europalates, fugillans Patriarche ignaviam, quod privato comando pothabuisset religionem. Diogenes, accepto quasi dotali imperio, adoritus Turcarum Sultanum Asiam, quem pacem infinitis precibus deprecentem Diogenes fecerit repellit, cumque Turcas ad noctem suistet prosequitus, & ad postremam, quam refervarat aciem, redire, copia illæ existimantes concito cursu redeunt, hostibus insequentibus terga vertisse, se quoque in fugam dederunt, qua bene occasione usi Turci victoriæ adepti sunt insuperat, ipsorum Imperatore adduxerunt. Laudem sultani mercer Sultan modeſtia, qui perbenige accepto Imperatore, cum in mensa sua Sultanus interrogasset, quid mihi fecises, si me in tua habuisses potestate? Ille nihil diffimulans, multis plagiis corpore tuum confecissem. At ego, ait Sultanus, tuam crudelitatem non imitabor, audio namque vestrum præcipere Christum pacem, & oblivionem injuriarum, & præstis ex animo dux Barbarus, quod promisit. Initio enim cum Imperatore pacis perpetue mutuo servande, ipsum cum omnibus etiam captivis relaxavit. Sed qui tam mirabilem expertus fuit ab hoste Mahometano, quem bello provocarat, humanitatem, passus est horroram a suis crudelitatibus. Perlati in urbem de clade nuncio, alius constitutus est Imperator Michael, ejus quem memoravi Constantini Duca filius, & Eudoxia Augusta in Monasterium detrusa. Michaelis iussu missus in occursum Diogenis Andronicus, eundem captum nigraque ueste indutum muloque impotitus perdidit, quem jussit novus Imperator oculis confodi, & vulneribus non curatis, cum ejus caput intumuit, veribusque scateret, & velut ostentum Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

visu horribile, omnium expositus oculis, inter aceritos dolores quos tamen admirabili, planeque Christiana patientia toleravit, extinctus est. Hac scripere Zonaras, Glicas, Constantinus Manasse: contigitque ilius mors anno 1071.

25. Urbanus Papa secundus generale Concilium apud Claram montem in Alvernæ anno 1095. celebravit, in quo Christianos ad facram Palæstinæ expeditionem tantum exhortatus est, ut collectis undique copiis sexcenta Peditem, Equitum centum & amplius millia recentata fuit. Rem mirifice urit Petri & Eremitæ nobilis Galli ex Palæstina legatio, cum multis quas attulit, litteris Christianorum servitute in Oriente oppresorum ad Principes Occidentis, qui pacem inter se inerunt, aut inducias, ut omnes ad unum sacram bellum intenderent. Hoc velut Classico tota Europa perstrepente certatum hanc in militari adscripti sunt magnanimi Heroes, desiderio astuentes propaganda Sacra Religionis, afferenda Christianorum libertatis sub iugo dura servitatis toto Oriente gementium. Sacra huic militia nomen dedere Principes, prefertis insignes nobilissimi sanguinis & vita prodigi, felicitatis summe loco ducentes omnes ærumnas, immensisque difficultesque expeditionis labores subire, mortemque pro Christo gloriam opere. Ex Gallia igitur, Italia, Germania, (nam Hispani suis Mauris implicabantur) inter Principes conscriptos eminebant Hugo Veromanduorum Comes, Philippi primi Francorum Regis frater, Raimundus Comes Tolosanus, Robertus Comes Flandria, Robertus alter Normannia Dux, Stephanus Carnutum Comes, Godefridus Bullionius Dux Lotharingia, qui in eam expeditionem Bullionum toparchiam vendidit, regno Jerozolymitanum mox donandus in præmium, ejusque duo fratres Baldwinus & Eustachius, Guilielmus Fortisius Comes, aliique Proceres ultra ducentos. Quibus deinde adjuncti in Italia Boemundus Guifardi illius celeberrimi primogenitus, & Tancredus. Rogerius Apulia occupatorem perculit fratris a se offensi virtus, cum quo profetus est omnia in posterum futura communia, iubensque Tancredu[m] filium generosi spiritus adolescentis dedit patruo in confortum periculorum & gloria: superatis difficultibus innumeris, quas perdidios Gracorum Imperator Alexius Comnenus contra pacem fidem transeuntibus per Graciam, tum comitatus, & annona suppressione, tum nocturnis & inopinatis aggressiōibus, tum dispositis itineris infidibus, aduersus Latinos suscitaverat.

16. Ubi trajecto Bosphoro in Asiam perventum est, primus belli turbo Nicæam Bithyniam urbem propugnaculis validis & præsidis munitissimam perculit. Solimanus Asie minoris dominator cum sexaginta Turcarum millibus proximos montes infederat: sepius cum illis dimicatum est, sed nunquam sine gravi Turcarum strage. Urbs ipsa tandem post quinquefumus oppugnationis diem ditione capitur. Post Nicæam expugnatam, novoque munitam præsidio, commeatus facilioris gratia duces exercitum partiuuntur, Boemundo partem unam, Godefrido alteram ducentibus. At Solimanus, Sultanus nusquam animum despontens ratus deleri posse divitas copias totis viribus in Boemundum impetum facit, dum castris positis militem fessum reciperet; Et imparem haud dubie obruffet, nisi per celestes nuncios Godefridus certior periculi factus sumptu secum Hugone comite advolasset cum quadraginta equitum millibus. Acerbitum prælium nox dimitit, & fugacis Solimanni, casis quadraginta Turcarum millibus, victoriam Christianis afferuit. Patri nostrorum virtute & successu subacta est post minoram Asiam, minor etiam Armenia, & Cilicum ora. Inde in Syriam ventum est. Antiochiam fedem Imperii & Syriae caput duplice muro vallatum exercitus obfusione aggreditur. Ad septimum mensis producta est oppugnatio, multis hinc inde casibus, nec vita parvum magna utrinque pugnantium fortitudine: tandem urbs capta, & ejus cum circumstantibus oppidis & arcibus dominium omnium confusus tradidit Boemundo. Arx supererat civitatis situ & præsidio munitissima, quam Boemundus impugnans femur jaculo traiicitur. Adersa Corbanes Persa cum ducentis hominum millibus, neque servari urbis nisi per novam victoriæ poterat. In dimicazione preterebatur lancea, qua Christi in cruce sacrofandum latutus fuerat perfoxi, nuper inventa Antiochiae. Hoc redemptionis humane monumento incendi nostrorum animi irruptionem acerrimam in Persas aggreditur, eo ardore, ut casis centum millibus acies reliqua dissipata sit, & hostilia castra opulentissima direpta, nos tristitia laborantes, & fatigatos abinde fecerint. Raimundus in Cœstæ obfusione strenue hæret, quæ tandem expugnata illi in premium fortitudinis cessit. Godefridus Jerozolymam sanctam civitatem obsidet, omni ope defensam, primumque mutum transcedit, reliqui bella-